Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ad repellendum animalia venenosa
per suffumigationem loci in quo sunt
Item nocet capiti cerebro visui au-
ditui. et vapor intrans os dentes
facit os fetere. Item argentum
vivum sublimatum est venenum Item
valet ad albandum faciem, unde gen-
marias (?) que disponit lepre. Unde
capiant helleborum et cerusa aut
folia cerus que lavet cum oleo rosarum
et pinguedine galline lota, et
postea imponat argentum vivum
extinctum. Argentum vivum extin-
guitur cum salvia. Unde ponatur
argentum vivum extinctum in mor-
tario et imponat multum de salvia
et cum pistello agitetur sic dicit
circa instans/

Argentum est metallum
album durum splendens
et crescit in terra pinea (?)
cum lapidibus quibusdam cum quibus
extrahitur et ponitur ad ignem et
lapides incinerantur et movet ipsum
De complexione nota quod est frigidum
in primo. et siccum in secundo
De proprietatibus nota quod argentum
sua proprietate habet cor confortare
et sic in tremore cordis valet et contra
cordiacam passionem. Item valet
contra scabiem quia vivat exsiccando
Item valet ad consolidationem ulcerum virge
Item ad consolidandum cito ulcera
quia habet confortare calorem naturalem
et habet desiccare humiditates super-
fluas Item valet ad resolvendum visco-
sitates superfluas seu exsiccandum

Aselli sunt genera arida
uvarum de quibus dicetur
in capitulo simplicium
incipiencium a B. V. Uve genera

Ameckh secundum Avicennam
est herba boni odoris
crescens similis cinamo-
mo grosso De complexione nota
quod est calida et sicca in secundo gradu. Unde
a doctoribus non graduatur De ope-
ribus nota quod facit bonum odorem
oris. Valet etiam ad consolidandum
ulcera. consumit enim parvam humiditatem
sine mordicacione. Item prohibet
putrefactionem membrorum et stringit
gingivas. Item confortat cor sua
proprietate et aromaticitate. Item stringit ventrem

Aristologia dicitur habere
duas species. Est enim
aliqua longa et alia
rotunda. et longa duas habet species
Est enim quedam que habet radicem
grossam ad quantitatem unius digiti
Alia est que habet radices subtiles
valde. et ista habet eciam multa folia
similia foliis mirte Aristologia
rotunda est planta que habet unam
radicem rotundam longam. crescit
in sursum et applicatur in foliis
et in crescencia fabe et est amara
et habet folia similia foliis edere
et radice utimur quia in ea est
maior virtus. et tempus colligendi est
tempus autumpni. quia in illo tempore debent
radices colligi. quia in illo tempore ca-
dunt folia. et in radice concurrit
tota virtus igitur erunt vigorosiores
Prime speciei longe speciei flos est
purpureus. et est fetidi odoris
Et in secunda specie aristologie reperiuntur
radices boni odoris ex quarum corti-
cibus antiquitus apotecarii fecerunt
unguentum odoriferum. Et rotunda
est femella. et longa est masculus
et rotunda est maioris operacionis